





9606 Quell. des byptac. locutori pro. vult. v. d. 25

1729, 22

FACULTATIS JVRIDICÆ  
DECANVS,  
**JO. PHILIPPVS**  
**S**treit, JCtvs,

EMINENTISSIMI AC SERENISSIMI PRINCIPIS  
ELECTORIS MOGVNTINI CONSILIA-  
RIVS REGIMINIS,

L. B. S.

---


ERFORDIAE,  
Typis GROSCHIANIS, Acad. Typogr.

MCCLXIIII. LIBR. I.  
DEGNA  
JO. PHILIPPIAS  
SOMM. CIVIT.

HUNNENTISMI AC SERVENSINI HINCIE  
DECOLORIS MODERNTI CONSPIRA  
RIAS REGIMINIS

L A Z

XVI. LIBR. I.  
D. GRÖCHINGE. A. 1607. Typo 2.



Locantibus prædia ex præsumptâ tacitâ conventione per leges constituta est hypotheca tacita, ne conductoribus daretur ansa defraudandi locatores, & tandem nemo faciliter habitationem inveniret. Oldendorp. class. 3. art. XI.

Differentia tamen est, an quis rusticum, an urbanum conduxerit prædium. Nam in illo locatori fructus extantes, tempore pensionis solvendæ, locatori tacitè censentur obligati. L. 7. ff. in quib. caus. pign. vot. hypoth. tacit. contrah. in prædio vero urbano, cum id per se sit sterile, tacitè, tum pro pensione, tum etiam pro determinatione L. 2. d. 1. obligata sunt illata & inventa. L. 4. § 6. d. 1. Modò eā mente sint inventa & illata, ut perpetuò ibi maneant. L. 7. § 32. ff. de pignor. § hypoth. Præsumitur tamen inter inquilinum & locatorum tacitè convenisse, ut res illatæ obligatae sint, quam præsumptam conventionem ex facto illationis Lex elicit. Unde pignus, quod in rebus illatis locatori constituitur, non est mērē legale, cùm solā legis potestati

te haud constituatur: sed habendum partim pro conventionali, partim pro legali: conventionali quidem: quia factum hominis, actualem scilicet illationem, essentialiter prærequisitum. Legali verò, quia facto huius lex specialiter assistit, ac inde conventionem elicit, eaque mediante pignus operatur. Circa hanc materiam non ignobiles se offerunt Quæstiones. Quæritur enim, an Merces ab inquilino in prædium conductum illatæ, censeantur locatori tacitâ conventione obligatae? illas obligatas non esse opinantur Angelus, Jason & allii ad ff. item serviana. inst. de act. ut refert Perez. ad tit. cod. in quib. caus. pign. vel hypoth. tacit. contrah. n. 5. eae moti ratione, quod merces non inferantur hac intentione, ut ibi deinceps sint, sed ut vendantur. Ipse Perez ibidem defendit contrarium, licet enim ea sit conditio mercium, ut distrahanter: quoniam tamen eae non in specie sed in genere obligatae sunt, quod genus per substitutionem aliarum specierum in locum distractarum manet, cum in locum distractarum aliæ intentidem surrogentur, censeantur & ipsæ eo animo in prædium conductum inferri, ut ibi deinceps sint, licet non in specie, at saltem in genere. In L. cum taberna 34. ff. de pignor. etiam disertè dicitur, quod, tabernâ oppignoratâ, merces, distractis primis, surrogatae ac tempore mortui debitoris inventæ pignori obligatae intelligantur. Quæritur ulterius, an tacito pignore affiantur etiam res minoris, quas ille inscio curatore suo in ædes conductas intulit? pro negativa & affirmativa stant patroni, illorum ratio est, quod hypotheca, quæ locatori in rebus illatis constituitur, non tam sit legalis, quam conventionalis; cum ex fa-  
cto

Et illationis, sive potius ex præsumptâ conventione,  
quam lex ex facto illationis elicit, principaliter nasca-  
tur. Quia ergo non uno juris loco habetur definitum,  
minorem solum non posse factò proprio conditionem  
suum reddere deteriorem; solidè concluditur, ipsum  
non posse etiam res sine curatore suo in prædium con-  
ductum illatas pignoris oneri reddere obnoxias. Pro  
affirmativa militat L. 4. ff. de Paet. in qua generaliter  
definitur, quod res in prædium urbanum invectæ, lo-  
catori sint obligatæ: cùm ergo res inquilini minoris  
non excipiantur, eæ quoque censendæ sunt oppigno-  
ratæ. Insuper de supellectile quæritur, an in hanc  
hypothecam veniat, si dicto animo illata sit? & Resp.  
affirmativè, neque obstat L. 6. de pignor. in qua dici-  
tur: *quod supellex in hypotheca non comprehendatur.* Lo-  
quitur enim de hypothecâ generali, in quâ per alias  
res creditori sufficienter cautum est, hic autem cau-  
tum vix esset, cùm plerumque ultra supellectilem in do-  
mum conductam aliquid vix, vel parum inferatur.  
Hinc etiam in hanc hypothecam studiosorum supelle-  
tilem literariam venire plurimi affirmant. Struv. Syn-  
tagm. Jur. Civil. Exercit. 26. thes. 16. vin. de paet. cap. 12. n.  
9. Et alii. Plerumque enim eorum supellex in libris  
consistit, & alias locationibus male consultum esset,  
ibisque studiosi vix ullibi hospitium reperire possent;  
ipsorumque libri nullibi leguntur excepti; ergo ma-  
nent sub regulâ ex cit. L. 4. ff. de paet. desumptâ. Dis-  
sentit post Jasonem, Zafium & Schneidewinum, Baccho-  
vius ad Treutl. vol. 2. Disp. 1. th. 4. lit. b. Et c. Est igitur  
locanti prædium rusticum prævisum per fructus, &  
in hoc illata citra specialem conventionem non in-  
telli-

telliguntur pignori nexa, per L. 4. d. t. in quib. caus. pign.  
vel hypoth. tacit. contr. ubi diserte dicitur, quod in præ-  
dia urbana inducta pignori esse credantur, quasi id tacite  
convenerit, in rusticis vero prædiis contra observetur. In-  
de sequitur, quod illata & inventa in prædium urbanum  
sint locatori tacite obligata, sive sciverit illata,  
sive non: illata autem & inventa in prædium rusticum,  
non, nisi expressè de eo conventum sit, sint  
tamen tacite obligati fructus. Porro quæritur, si  
quis finito tempore conductionis in re conductâ per-  
manserit, an eam tacite, manente hypothecâ tacitâ  
invectorum, reconduxisse censeatur? Resp. affirmati-  
vè, per §. Qui impleto ult. L. 13. ff. loc. cond. Brunnem.  
ibid. reconductionem vero factam esse dicitur, prout  
quisque habitaverit. Ut hinc non ulterius tacite con-  
ductio continuata censeatur, quam ad tempus hoc  
modicum, quo in ædibus post primam conductio-  
nem remansit. Carpz. part. 2. Conf. 37. def. 9. n. 7.  
Quamvis autem hæc sententia videatur esse communi-  
nis, probabilius tamen videtur Strykio in usu moderno  
pand. ad tit. loc. const. §. 68. Sententia, quæ dicta ver-  
ba intelligit de tempore, quo quis habitare solitus est,  
vel quo moris est, in illo loco habitare. Hinc loca-  
tor, sciendo & patiendo, conductorem manere in  
ædibus, censetur consentire, ut habeat eodem modo,  
quo antea, quod & conductor velle præsumitur. arg.  
L. qui ad certum tempus loc. cond. & imputent sibi tam  
locator quam conductor quod contractui non renun-  
ciaverint. Quamvis autem conductor, qui finito  
conductionis tempore remansit in coductione prædii  
rustici, hoc reconduxisse intelligatur eadem pensione,  
iisdem-

iisdemque quibus ante conditionibus, attamen annalis est ista reconductio. *dict. L. 13. §. ult. locar. cond.*  
eriam si prior conductio ad quinquennium contracta fuerit, non tamen exclusa est qualitas prædiorum locatorum, & ratio fructuum ex his percipiendorum, secudum ea, quæ tradit *Stryk. dict. tit. §. 73.* Materiam hanc ex Cathedra publicè prolixius deduret occasione dict. *L. Qui ad certum tempus 14. ff. d. t.* quam pro lectione cursoria elegit

*NOBILIS ET CLARISSIMVS*

*D OM IN V S*

# **CHRISTIANVS Gottlieb**

**Ehrenhausß/**

Natus Freybergæ die 19. Decembr. Anno M DCC VI.  
Patre JOANNE CHRISTIANO Steuræ Revisore &  
Senatore Freybergensi, matre ELISABETHA natâ ex  
gente Grauwizianâ, Principia Christianissimi & bona-  
rum artium sub informatione privata *M. HARTZ* *Griet*  
*TACHII & GOTZII* edoctus, anno M DCC XXII.  
inspectioni fidelissimæ virorum doctissimorum *M. SA-*  
*MUELIS MÜLLERI*, Rectoris Gymnasii Freibergen-  
sis, *M. HASII*, Con-Rectoris, *M. LVTHERI*, Collegæ  
tertii, per quadriennium usque ad annum MDCCXXVI.  
commendatus, studiisque eodem anno inferioribus  
absolutis, in Academiam Lipsiensem missus, Collegia  
frequentavit Philosophica Consultissimi *D. AVGU-*  
*STI FRIDERICI MÜLLERI*, juridica publica, Illustris  
& Excell. Viri *D. MICHAELIS HENRICI GRIENERI*,  
*Confil. Aul. Sax. & Ordin. Facult. Jurid. Lips. & Consul-*  
*tissimi D. JOANNIS FLORENT. RIVINI*, Pand. *P. P.*

*et*



¶ Facult. Jurid. Lips. Affessoris. Privata verò Excell. Vi-  
tri d. JACOBI AVGUSTI FRANCKENSTEINII, Con-  
sil. Aul. Amb. nec non Consultissimi d. GEORGII AN-  
DREÆ JOACHIMI. Tandem Facultatem hujatem Ju-  
ridicam accessit, & ad consuetum Doctorandorum  
examen, & alia specimina admitti decenter petiit; pe-  
tito huic tam laudabili, haud abruere potuit Facultas,  
textus itaque ex utroque jure explicandos ipsi transmi-  
sit, quos doctè atque solidè explanavit, atque in ipso  
examine, ad quæstiones propositas promptè respon-  
dendo, talem fē præstítit, ut gradu Doctorali unanimi  
consensu dignus judicatus sit, proinde lectionem cur-  
soriam ad dict. L. 14. ff. Locat. Cond. eâque finitâ Dispu-  
tationem Inauguralem DE MATRIMONIO DVA-  
RVM FOEMINARVM SEXV MASCVLINO SI-  
MVLATO INITO, horis consuetis habebit. Ad quos  
actus solennes Magnificus Dominus Rector, nec non  
Domini Proceres & Cives Academicí decenter invi-  
tantur. Publicatum sub Sigillo Facult. Jurid. XI, De-  
cembr. MDCC XXIX.

L.S.

(x228 2285)


V①<sub>18</sub>

ULB Halle  
007 436 564

3







B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Quod. d. Agypt. locat. p. u. v. 25  
1729, 22

FACVLTATIS JVRIDICÆ  
DECANVS,  
O. PHILIPPVS

*S*treit, JC<sub>T</sub>V<sub>S</sub>,

INENTISSIMI AC SERENISSIMI PRINCIPIS  
ELECTORIS MOGVNTINI CONSILIA-  
RIVS REGIMINIS,

L. B. S.

---

ERFORDIAE,  
Typis GROSCHIANIS, Acad. Typogr.